An. et vol. XXXXVI 27 Decembris 1954 (Ser. II, v. XXI) – N. 16

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Spedizione in abbonamento postale - Gruppo III

SUMMARIUM

Acta Pii Pp. XII: Constitutiones Apostolicae, p. 689 – Litterae Apostolicae, p. 698 – Epistulae, p. 700 – Allocutiones, p. 712 – Nuntii radiophonici, p. 718.

Acta Ss. Congregationum: *S. C. Rituum*: Decreta in causis beatificationis Servorum Dei, p. 732 – *S. C. de Seminariis et studiorum Universitatibus*: Decreta, p. 744.

Acta Tribunalium: *S. R. Rota*: Citationes edictales, p. 746.

Diarium Romanae Curiae: S. C. dei Riti: Congregazioni varie – Segreteria di Stato: Nomine - Necrologio, pp. 749-752.

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

M • DCCCC • LIV

Directio:
Palazzo Apostolico — Città del Vaticano

Administratio:
Libreria Editrice Vaticana

Pretium annuae subnotationis:
In Italia, Lib. 1300 — extra Italiam, Lib. 2000 vel $ 5

Pretium unius fasciculi:
In Italia, Lib. 100 — extra Italiam, Lib. 190 vel $ 0,30

Libraria Vaticana subnotatoribus fasciculos Commentarii mittere potest etiam via aërea, charta indica impressos.

« *Bis fere in mense* (Commentarium) *prodibit ac quotiescumque vel necessitas vel utilitas id postulare videbitur* » (Ex *Commentarii Officialis* ratione, die 29 Octobris 1908 edita).

INDEX HUIUS FASCICULI

(An. XXXXVI, n. 16 – 27 Decembris 1954)

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

PAG.

I. IABALPURENSIS. *Qui genus hominum.* – Apostolica Praefectura Iabalpurensis, in Indica regione, ad gradum evehitur dioecesis, iisdem finibus ac nomine servatis. – 5 Iulii 1954 . 689

II. DE JHANSI (Ihansiensis). *In Apostolica Praefectura.* – Apostolica Praefectura de Jhansi ad dignitatem dioecesis evehitur, quibusdam territoriis additis. – 5 Iulii 1954 . . . 691

III. MAROQUIENSIS-GHARDAIENSIS IN SAHARA (De Sahara Hispanico et de Ifni). *Summi Dei voluntate.* – Ab Apostolicis Vicariatibus Maroquiensi et Ghardaiensi in Sahara quaedam separantur territoria, quibus nova efficitur Praefectura Apostolica « de Sahara Hispanico et de Ifni » nuncupanda. – 5 Iulii 1954 694

IV. S. PAULI IN BRASILIA (S. Andreae in Brasilia). *Archidioecesis S. Pauli.* – Ab Archidioecesi S. Pauli in Brasilia quaedam regio separatur et in novae dioecesis formam redigitur, quae S. Andreae in Brasilia vocabitur. – 18 Iulii 1954 695

LITTERAE APOSTOLICAE

Marianae religionis. – Ecclesia B. Mariae V. vulgo « della Ghiara » appellata, in urbe Regio Lepidi, Regiensis in Aemilia dioecesis intra fines exstans, titulo Basilicae Minoris ornatur. – 23 Aprilis 1954 698

EPISTULAE

I. *Philippinae insulae.* – Ad Em̃um P. D. Fernandum tit. S. Augustini S. R. E. Presb. Cardinalem Quiroga y Palacios, Archiepiscopum Compostellanum, qui Legatus mittitur ad Marialem Conventum ex Insulis Philippinis in urbe Manilensi cogendum. 4 Novembris 1954 . . . 700

II. *Peruvianae nationi.* – Ad Em̃um P. D. Fridericum, S. R. E. Cardinalem Tedeschini, Episcopum Tusculanum, Patriarchalis Basilicae Vaticanae Archipresbyterum, Sacri Consilii Petrianae Fabricae Praefectum eundemque Summi Pontificis Datarium, qui ad Conventum Eucharisticum et Marianum, e tota Peruviana natione Limae habendum, Legatus mittitur. – 8 Novembris 1954 . . . 701

III. *It is with a full heart.* – Ad Exc̃mos Sacrorum Antistites et ad Missionales totius Nigeriae ob Marialem Conventum ab ipsis celebrandum, cui Legatus mittitur Em̃us P. D. Iacobus Franciscus tit. S. Anastasiae Presb. Cardinalis Mc Intyre, Archiepiscopus Angelorum in California. – 11 Novembris 1954 702

IV. *Columbiani Christi fideles.* – Ad Em̃um P. D. Chrysantum tit. Sanctorum Cosmae et Damiani S. R. E. Presb. Cardinalem Luque, Archiepiscopum Bogotensem, quem Legatum deligit ad Marianum Conventum e tota Columbia in Bogotensi urbe indictum. – 16 Novembris 1954 705

V. *In latissimis Indiae Orientalis.* – Ad Em̃um P. D. Valerianum tit. S. Mariae in via Lata S. R. E. Presb. Cardinalem Gracias, Archiepiscopum Bombayensem, Legatum delectum ad Marialem Conventum e regionibus Indiae Orientalis in urbe Bombayensi celebrandum. – 18 Novembris 1954 706

VI. *Peropportunum videtur.* – Ad Em̃um P. D. Paulum Aemilium tit. S. Mariae Angelorum in Thermis Presb. Cardinalem Léger, Archiepiscopum Marianopolitanum, quem Legatum mittit ad sollemnia in exitu Anni Mariani Lapurdi ad Massabielliense Specus B. V. Mariae Immaculatae celebranda. – 21 Novembris 1954 707

VII. *Cum Marialis Annus.* – Ad Em̃um P. D. Clementem S. R. E. Cardinalem Micara, Episcopum Veliternum eumdemque Summi Pontificis in Urbe Vicarium: ob felicem ac salutarem exitum Anni Marialis. – 28 Novembris 1954 708

ALLOCUTIONES

I. Iis qui interfuerunt Conventui ex librorum Editoribus catholicis Italiae, Romae habito. – 7 Novembris 1954 712

II. Iis qui interfuerunt Conventui ex Delegatis a Sodalitate, quae « Organisation Internationale du Travail » appellatur, Romae habito. – 19 Novembris 1954 714

NUNTII RADIOPHONICI

I. Christifidelibus Insularum Philippinarum ob Conventum Marialem in Manilensi urbe coadunatis. – 5 Decembris 1954 718

II. Summus Pontifex, qui augusta praesentia sua, in Basilica Liberiana in festo Immaculatae Conceptionis B. Mariae V., Annum Marianum clausurum fore sperabat, infirmitate, Dei permissione, attactus, vespere die 8 Decembris mensis, ex intimo Vaticani Palatii cubiculo ingenti multitudini christifidelium B. Mariae Virgini, quae « Salus populi romani » appellatur, instanter pro salute Veneratissimi Pastoris ac Patris supplicantium, radiophonica

(Sequitur pag. III)

An. et vol. XXXXVI 27 Decembris 1954 (Ser. II, v. XXI) - N. 16

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

IABALPURENSIS

APOSTOLICA PRAEFECTURA IABALPURENSIS, IN INDICA REGIONE, AD GRADUM EVEHITUR DIOECESIS, IISDEM FINIBUS AC NOMINE SERVATIS.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui genus hominum universum a Iesu Christo, licet immeriti, commendatum habemus, animo valde laetamur quoties christianae religionis dilatandae vel augendae spes affulgeat vera. Quod evenit hodie quoad Apostolicam Praefecturam Iabalpurensem, quae opera et industria praesertim Sodalium Candídi et Canonici Ordinis Praemonstratensis laeta admodum suscepit recentiore hoc tempore incrementa. Quapropter cum venerabilis Frater Martinus Lucas, Archiepiscopus titulo Adulitanus atque Apostolicus in India Internuntius poposcerit ab hac Romana Sede ut Apostolica Praefectura Iabalpurensis ad dioecesis gradum et dignitatem eveheretur, Nos his libenter precibus annuere decrevimus. Ratum igitur habentes et confirmantes quod venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales Sacrae Congregationi Christiano Nomini Propagando praepositi censuerunt faciendum, re attento animo considerata atque eorum consensum supplentes qui in hoc negotio aliquid iuris sese habere arbitrentur, de Nostra apostolica potestate, quam in universam Ecclesiam obtinemus, haec quae sequuntur decernimus ac statuimus.

Apostolicam Iabalpurensem Praefecturam, in Indica regione, iisdem servatis finibus ac nomine, ad dioecesis dignitatem provehimus, quam curis concredimus Sodalium Candidi et Canonici Ordinis Praemonstratensis, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis nutum. Iabalpurensis praeterea Ecclesia metropolitanae Nagpurensi Sedi suffraganea erit, cuius Metropolitis Iabulpurenses pro tempore Episcopi subicientur; qui Episcopi sedem ac domicilium in principe urbe Iabalpur, a quo modo erecta dioecesis suum mutuatur nomen, habebunt atque pontificalem cathedram in eiusdem urbis templo collocabunt. Huic novae Sedi eiusque pro tempore Pastoribus ea omnia iura ac privilegia, onera et officia tribuimus, quibus et ceterae cathedrales Sedes ceterique per orbem eiusdem gradus Praesules decorari atque onerari solent. Quod vero attinet ad Canonicorum Collegium, Iabalpurensis Episcopus onus habebit istiusmodi coetum instituendi; usque dum vero rerum locorumque difficultates id impediant, concedimus ut eorum loco Consultores dioecesani eligantur et adhibeantur, qui Episcopo prudentia et opera fideliter assint. Iubemus praeterea ut seminarium saltem elementarium in eadem Sede condatur pueris excipiendis et educandis, quos Deus ad sacerdotium vocaverit. Episcopalem mensam, quae dicitur, ea constituent bona, si qua sint, quae Praefecturae Iabalpurensi accedebant; vel emolumenta quae ad Curiam pervenient, vel denique pecuniae a S. Consilio Fidei Propagandae et a christifidelibus offerendae. Quod ad regimen et administrationem novae huius dioecesis attinet, vel ad electionem Vicarii Capitularis seu Administratoris, sede vacante, vel ad cleri populique iura et onera, ea serventur quae Codex Iuris Canonici praecipit. Ut autem ea quae Nostris his Litteris praecipimus efficiantur, venerabilem Fratrem Martinum Lucas, quem supra diximus, deligimus vel eum qui eo tempore quo haec decreta ad rem adducentur, Apostolicae in India praeerit Internuntiaturae; cui vero contigerit hoc exsequendum negotium, illi necessarias ad id potestates facimus, cuilibet subdelegandas, si opus fuerit, viro, qui ecclesiastica dignitate polleat. Iubemus pariter ut idem venerabilis Frater hoc confectum negotium in tabulas referat, quarum fide digna exempla ad S. Consilium de Propaganda Fide quam primum transmittet. Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla cuiusvis generis contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens, contra egerit ac Nos edíximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus.

Nemini propterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae apud S. Petrum, die quinto mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quarto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
S. R. E. Cancellarius

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
S. Congr. de Propaganda Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

In Canc. Ap. tab., vol. LXXXIX, n. 15.

II

DE JHANSI
(IHANSIENSIS)

APOSTOLICA PRAEFECTURA DE JHANSI AD DIGNITATEM DIOECESIS EVEHITUR, QUIBUSDAM TERRITORIIS ADDITIS.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

In Apostolica Praefectura de Jhansi, quae in Indica regione posita est, recentioribus hisce temporibus catholica religio tanta cepit incrementa, ut venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales S. Congr. Fidei Propagandae praepositi, eandem Praefecturam censuerint ad gradum et dignitatem dioecesis esse evehendam. Quapropter Nos, de eorundem Patrum Cardinalium sententia, deque venerabilis Fratris Martini Lucas, Archiepiscopi titulo Adulitani eiusdemque in India Apostolici Internuntii consilio, eorum omnium consensum supplentes qui in hoc negotio

aliquid iuris se putent habere, re denique mature considerata, de Nostra suprema et apostolica auctoritate, ea quae sequuntur statuïmus. Apostolicam Praefecturam de Jhansi, quattuordecim abhinc annos constitutam, quae sollertiae Fratrum Minorum Capulatorum est concredita, ad dignitatem et honorem dioecesis evehimus, additis ei territoriis de « Datia » et « Gwalior », quae adhuc archidioecesi Agraensi accedebant, quaeque igitur ab hac Ecclesia separamus et distrahimus. Dioecesim, quam condimus, *Ihansiensem* appellari volumus eandemque Sedi metropolitanae Agraensi suffraganeam subicimus; cuius item sacrorum Antistites Agraensibus Praesulibus obnoxios esse censemus. Sedem et domicilium Episcopi, cui nova Ecclesia regenda contigerit, in civitate Jhansi collocari iubemus; cathedram vero suae iurisdictionis et potestatis in templo statuet Episcopus quod aptïus ei videbitur. Omnia iura et privilegia, onera et obligationes quae episcopalium Sedium eorumque Praesulum sunt propria, haec Ihansiensi quoque Ecclesiae eiusque sacrorum Antistitibus concedimus. Praecipimus vero ut in nova dioecesi Collegium Canonicorum quam primum constituatur: quod dum praesentia rerum adiuncta fieri prohibebunt, indulgemus ut in eorum locum Consultores dioecesani, qui dicuntur, ad tempus sufficïantur, Episcopum consiliis et opera iuvaturi. Item mandamus ut in eadem dioecesi erudiendis et effingendis puerorum animis, quos Dei bonitas ad munia sacerdotalia vocaverit, Seminarium erigatur saltem elementarium, iuxta normas communes et leges a S. Congregatione de Fide Propaganda rite datas. Mensam episcopalem, ut dicitur, ea bona constituent quae sive Praefectura Apostolica de Jhansi possidebat, sive ex novis territoriis de « Datia » et « Gwalior » obvenient peracta bonorum divisione, sive quae Curiae obtingent vel a fidelibus pia mente offerentur. Quae autem regimen, administrationem Ihansiensis Ecclesiae respiciant, itidem quae, Sede vacante, electionem Vicarii Capitularis seu Administratoris Apostolici attinent, cleri populïque iura et onera et cetera huiusmodi, ea omnia Iure Canonico regantur. Haec Nostra decreta exsequenda curabit venerabilis Frater, quem diximus, Martinus Lucas, vel ille qui eo tempore quo eadem ad exitum adducentur Internuntiaturae praeerit. Cui vero negotium perficiendum obtigerit omnia iura et potestates agendae rei concedimus, quae poterunt alii quoque subdelegari, dummodo in ecclesiastica dignitate constituto. Idem venerabilis Frater onus habebit documenta exarandi eaque sincerís exemplis ad S. Congregationem Fidei Propagandae quam primum mittendi.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose

serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quinto mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quarto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
S. R. E. Cancellarius

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
S. Congr. de Propaganda Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

† Alfonsus Carinci, Archiep. tit. Seleuc., *Decanus Prot. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

In Canc. Ap. tab., vol. LXXXIX, n. 16.

III

MAROQUIENSIS - GHARDAIENSIS IN SAHARA (DE SAHARA HISPANICO ET DE IFNI)

AB APOSTOLICIS VICARIATIBUS MAROQUIENSI ET GHARDAIENSI IN SAHARA QUAEDAM SEPARANTUR TERRITORIA, QUIBUS NOVA EFFICITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA « DE SAHARA HISPANICO ET DE IFNI » NUNCUPANDA.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Summi Dei voluntate ad universos populos per aeternae salutis viam dirigendos vocati, gravissimum susceptum munus quam fideliter explere studemus ut christianorum « genus electum, regale sacerdotium, gens sancta » (*I Pt.* 2, 9) per terrarum orbem magis magisque crescat in dies. Cum itaque ab Apostolica Sede fuerit postulatum ut territoria de Ifni et de Sahara, quae sub hispanica dicione sunt, ad ecclesiasticam sui iuris circumscriptionem efficiendam inter se iungerentur; cumque praeterea venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales S. Congregationi Christianae Fidei Propagandae praepositi censuerint huiusmodi precibus esse concedendum; Nos eorum sententiam ratam confirmatamque habemus. Re igitur attento animo considerata et clara idcirco scientia eorum quae gesturi sumus; consensu praeterea eorum suppleto, quorum hoc negotium quavis intersit ratione; de suprema Nostra potestate haec quae sequuntur statuimus. Ab Apostolico Maroquiensi Vicariatu eam regionem separamus, quam de Ifni vulgato nomine vocant; item a Ghardaiensi in Sahara Apostolico Vicariatu territorium de Sahara disiungimus, quod Hispanorum auctoritati subicitur; quae duo ita distracta territoria in novae Apostolicae Praefecturae formam redigimus, quae in posterum *de Sahara Hispanico et de Ifni* nuncupabitur. Hanc vero Praefecturam Sodalibus Oblatis a Maria Immaculata, ad Nostrum tamen et Romanae Sedis nutum, regendam committimus, laeta spe fore ut ipsi quaerendis servandisque animis valde allaborent ad Dei regnum in istis oris enixe dilatandum. Cui Apostolicae Praefecturae eiusque pro tempore Ordinariis omnia iura tribuimus et honores omniaque onera et officia iniungimus, quibus ceterae per terrarum orbem Praefecturae earumque Praesules et fruuntur et onerantur. Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur atque igitur vim suam obti-

neant. Quarum Litterarum efficacitati nulla cuiusvis generis contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens, contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini propterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae apud S. Petrum, die quinto mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quarto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
S. R. E. Cancellarius

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
S. Congr. de Propaganda Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

† Alfonsus Carinci, Archiep. tit. Seleuc., *Decanus Prot. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

In Canc. Ap. tab., vol. LXXXVIII, n. 95.

IV

S. PAULI IN BRASILIA
(S. ANDREAE IN BRASILIA)

AB ARCHIDIOECESI S. PAULI IN BRASILIA, QUAEDAM REGIO SEPARATUR ET IN NOVAE DIOECESIS FORMAM REDIGITUR, QUAE S. ANDREAE IN BRASILIA VOCABITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Archidioecesis S. Pauli in Brasilia, hisce maxime temporibus, tam multiplicibus fervet operibus ut vix singulus Praesul, etsi in animorum bonum fovendum sollertissime incumbens, suae Ecclesiae curationi par

esse possit; cum enim in suburbanam civitatis S. Pauli regionem plures conveniant peregrini, ut in fodinis diem exerceant, cumque pariter eadem Ecclesia magno civium numero ac frequentia gliscat in dies, necesse omnino est ut, ita multiplicatis sacri regiminis sollicitudinibus, quam maturrime animorum bono aptius consulatur. Quo ductus consilio, benigne susceptis cleri, populi ipsorumque civilium magistratuum in hanc rem precibus, dilectus Filius Noster Carolus Carmelus S. R. E. Cardinalis de Vasconcelos Mota, Archiepiscopus S. Pauli in Brasilia, a Nobis postulavit ut a metropolitanae suae Ecclesiae territorio certa distraheretur pars atque nova exinde dioecesis in regione, quam supra diximus, crearetur. Nos igitur, qui omnium saluti populorum quaerendae Dei voluntate prospicimus, hisce libenter annuimus optatis; ac re propterea attentissime considerata; audita sententia venerabilis Fratris Caroli Chiarlo, Archiepiscopi titulo Amideni et in Brasiliana Republica Apostolici Nuntii; exploratoque consilio venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Negotiis Consistorialibus praepositorum; consensu praeterea eorum suppleto, qui in hac re aliquid iuris se arbitrentur habere; certa ideo scientia eorum quae acturi sumus, de plenitudine Nostrae potestatis sequentia statuimus. Ab archidioecesi S. Pauli regionem separamus civilia municipia complectentem, quibus nomina apud populum: « Santo André, São Bernardo, São Caetano »; eamque in novae dioecesis formam redigimus, quae *S. Andreae in Brasilia* nuncupabitur cuiusque territorium iisdem circumscribetur finibus atque municipia, quorum supra meminimus. Quae nova dioecesis metropolitanae Sedi S. Pauli in Brasilia, erit suffraganea, cuius propterea Metropolitis Archiepiscopis Praesules S. Andreae subicientur. Qui Episcopi sedem ac domicilium in urbe habebunt, quam « Santo André » populus appellat, quamque Nostris hisce Litteris in civitatis episcopalis gradum perducimus; cathedram vero in aede collocabunt B. Virgini Mariae de monte Carmelo sacra, cui igitur, ad cathedralis templi dignitatem elatae, omnia tribuimus iura ac privilegia quae ceterarum cathedralium aedium sunt propria. Eadem pariter dioecesis eiusque Praesules iisdem iuribus honoribusque fruentur, quibus omnes ornantur per terrarum orbem dioeceses earumque Praesules; item iisdem oneribus et officiis tenebuntur. Cum vero decor sacrorum rituum maxime Nobis sit cordi, volumus ut quam primum Canonicorum Collegium in hoc templo condatur, cui erigendo cavebimus per Apostolicas sub plumbo Litteras a Nobis dandas; quoadusque vero dioecesis Canonicorum senatu carebit, indulgemus ut eorum loco dioecesani Consultores ad iuris normam eligantur, qui Episcopum consilio et prudentia fideliter iuvent. Episcopalis mensa con-

stabit sive curiae emolumentis, si qua sint, sive oblatis a fidelibus pecuniis, sive bonis quae e partitione bonorum mensae S. Pauli in Brasilia, pro rata parte, novae huic obvenient dioecesi, servatis in hac divisione praescriptis canonis 1500 Codicis Iuris Canonici. Quod pariter attinet ad novae Ecclesiae regimen et administrationem, ad Vicarii Capitularis seu Administratoris, sede vacante, electionem, ad fidelium et sacerdotum iura et onera aliaque huiusmodi, ea praecipimus quae Iure Canonico statuuntur. Volumus quoque ut pueris ad sacerdotalia munia vocatis studiosissime excolendis seminarium saltem elementarium quam primum constituatur, ad iuris normam et iuxta leges a S. Congregatione Seminariis studiorumque Universitatibus praeposita traditas. Summae pariter curae erit Episcopo S. Andreae in Brasilia ut e seminario optimi quique iuvenes eligantur atque Romam mittantur, qui in Pontificio ephebeo Piano Latino Brasiliano philosophicis ac theologicis disciplinis instituantur. Quod vero ad clerum novae Sedi assignandum attinet, decernimus ut simul ac dioecesis erectio ad effectum fuerit deducta, sacerdotes illi ascripti censeantur Ecclesiae in cuius finibus optimo iure degunt. Omnia denique documenta et acta, quae ad nuper constitutae Ecclesiae negotia spectant, a Curia S. Pauli in Brasilia quam cito mittantur ad S. Andreae Curiae tabularium, in eo quam diligenter servanda. Ut autem ea quae Nostris hisce Litteris iubemus efficiantur eundem venerabilem Fratrem Carolum Chiarlo deligimus, vel eum qui eo tempore quo haec decreta ad rem adducentur, Apostolicae in Brasilia Nuntiaturae praeerit; cui vero contigerit hoc exsequendum opus, illi necessarias ad id potestates facimus cuilibet subdelegandas, si opus fuerit, viro, qui ecclesiastica dignitate polleat, onusque iniungimus hoc confectum negotium in acta referendi eorumque fide digna exempla ad S. Congregationem Consistorialem quam primum mittendi.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla cuiusvis generis contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens, contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini propterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides quae hisce haberetur si ostende-

rentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae apud S. Petrum, die duodevicesimo mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quarto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
S. R. E. Cancellarius

✠ Fr. ADEODATUS I. Card. PIAZZA
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Albertus Serafini, *Proton. Apost.*
Silvius Sericano, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Ap. Canc. tab., Vol. LXXXIX, n. 2.

LITTERAE APOSTOLICAE

ECCLESIA B. MARIAE V. VULGO « DELLA GHIARA » APPELLATA, IN URBE REGIO LEPIDI, REGIENSIS IN AEMILIA DIOECESIS INTRA FINES EXSTANS, TITULO BASILICAE MINORIS ORNATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Marianae religionis domicilium praecipuum perhibetur esse Templum Beatae Mariae Virginis, quo, « della Ghiara » vulgo appellato, urbs Regium Lepidi non mediocriter honestatur. Quod, anno millesimo quingentesimo nonagesimo septimo, exstructum, ut Deiparae Imago, miraculorum fama illustris, ibi collocaretur, in locum minoris Aedis, anno millesimo trecentesimo tertio decimo Ordini Servorum Mariae concreditae, fuit substitutum. Est vero idem Templum amplitudine tam conspicuum, cum etiam tholus ei sit impositus, ut eximiam quandam praeferat maiestatem. Neque praetermittendum illud formam, quamvis, ut patet, congruenter minorem, imitatione exprimere, quam Michaelangelus, Petrianam Basilicam aedificaturus, pro immortalis ingenii sui beatissima ubertate descripserat. Cultu deinde eo magnopere Templum commendatur, qui renatis litteris et artibus invaluit: itaque imagines udo illitae coloribus, marmorum pretiosorum varietas, opera aurata, ad huiusmodi artis rationem facta, mirabile ei addunt decus atque ornamentum; unde factum est ut publicis Italiae monumentis legitime accenseretur. Servi autem Mariae, qui

post sat diuturnum tempus, anno millesimo nongentesimo vicesimo septimo, in huius Templi officia redintegrati sunt, alacres annituntur, ne quid divinis ritibus, ne quid desit Christifidelium utilitati. Hi, ut accepimus, frequentes ad Templum accedunt, quod est Marianae pietatis sedes princeps in tota Regiensi in Aemilia dioecesi, et ideo a Summis Pontificibus spiritualibus muneribus non semel fuit locupletatum. Quibus permotus, dilectus filius Procurator Generalis Ordinis Servorum Mariae preces ad Nos admovit ut Ecclesiam, quam non immerito laudavimus, Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Quibus supplicationibus libenti animo concedentes, Nos e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Ecclesiam, Deo in honorem Beatae Mariae Virginis Regii Lepidi consecratam ac « della Ghiara » vulgo appellatam, titulo *Basilicae Minoris* afficimus et exornamus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae Templis hoc nomine insignibus, rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXIII mensis Aprilis, anno MDCCCCLIV, Pontificatus Nostri sexto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

EPISTULAE

I

AD EMUM P. D. FERNANDUM TIT. S. AUGUSTINI S. R. E. PRESB. CARDINALEM QUIROGA Y PALACIOS, ARCHIEPISCOPUM COMPOSTELLANUM, QUI LEGATUS MITTITUR AD MARIALEM CONVENTUM EX INSULIS PHILIPPINIS IN URBE MANILENSI COGENDUM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Philippinae insulae, quamvis longinquo Oceani spatio a Romana Petri Cathedra seiunctae, tamen arctis obsequii caritatisque vinculis cum ea coniunctae, Nostram vocem, qua adhortati sumus catholicum orbem ad Marianum annum celebrandum, sollicito filiorum studio exaudientes, plura pietatis exercitia per ipsum annum obierunt, ut dogma de immaculata Virginis Mariae Conceptione luculentius mentibus patefieret, ut populi erga Deiparam pietas exardesceret cotidie magis, ut caelestis Matris nostrae vestigiis alacres volentesque fideles omnes insisterent (cfr. Litt. Enc. « Fulgens Corona »). Nunc autem, Mariano ad finem vergente anno, dieque Immaculatae Conceptioni dicato appropinquante, peropportune statuerunt, ut per Marialem Congressum, ex tota natione in civitate Insularum capite ineundum, venerationis erga Caelestem Reginam studia ac testimonia insolita sollemnitate et magnificentia explicentur. Nos itaque, sollicitos Congregationis apparatus libenter dilaudantes probantesque, eidem celebrationi adesse quodammodo ac praeesse decrevimus. Te igitur, Dilecte Fili Noster, quem praeterito anno ad Ecclesiae Senatum cooptavimus, Romana purpura exornantes, Legatum Nostrum eligimus ac renuntiamus, ut Mariali Congressui in urbe Manilensi proxime cogendo potestate Nostra ac nomine Nostro praesideas. Minime autem dubitamus, quin, pro eximia in Virginem Matrem pietate, sacra eiusmodi sollemnia ad secundos exitus sis fauste feliciterque perducturus. Tibi praeterea facultatem largimur, ut die constituta, Sacro pontificali ritu peracto, adstantibus fidelibus nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, plenariam indulgentiam iisdem proponens, usitatis Ecclesiae condicionibus lucrandam. Superni interea auxilii in auspicium inque praecipui amoris Nostri pignus, Apostolicam Benedictionem tibi, Dilecte Fili Noster, egregio Archiepiscopo Manilensi, cunc-

tisque iis, qui eidem Conventui opera vel studio favebunt, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die IV mensis Novembris, anno MDCCCCLIV, Pontificatus Nostri sexto decimo.

PIUS PP. XII

II

AD EMUM P. D. FRIDERICUM, S. R. E. CARDINALEM TEDESCHINI, EPISCOPUM TUSCULANUM, PATRIARCHALIS BASILICAE VATICANAE ARCHIPRESBYTERUM, SACRI CONSILII PETRIANAE FABRICAE PRAEFECTUM EUNDEMQUE SUMMI PONTIFICIS DATARIUM, QUI AD CONVENTUM EUCHARISTICUM ET MARIANUM, E TOTA PERUVIANA NATIONE LIMAE HABENDUM, LEGATUS MITTITUR.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Peruvianae nationi, tot laudibus decorae, singulari tribuitur honori erga catholicam fidem incensum studium. Quod quidem in praesenti confirmatum videmus, quum consilium susceptum sit celebrandi, exeunte anno Deiparae Immaculatae dicato, Congressum e tota natione Eucharisticum atque Marianum. Profecto perquam apta et convenientia videntur ad religionem erga Augustum Sacramentum fovendam atque ad cultum erga caelestem Reginam exacuendum, sollemnia, quibus excellentia et fructus Sanctissimae Eucharistiae laudesque Beatissimae Virginis Mariae maxima in luce collocantur. Quoniam igitur ipsa Congressio sacrorum rituum splendore, Peruviae episcopatus civiliumque moderatorum praesentia, cleri populique frequentia, utilibusque argumentis in coetibus agitandis magnificenter peragentur, Nostra auctoritate eandem adaugere decrevimus. Te itaque, Dilecte Fili Noster, qui, Romana purpura exornatus, tanta dignitate in Urbe atque in Civitate ipsa Vaticana nites, Legatum Nostrum per hasce Litteras deligimus ac renuntiamus, ut, Nostram gerens personam, Congressui Eucharistico et Mariano ex tota Peruviana natione Limae, in urbe reipublicae capite, proxime habendo, sollemniter praesideas. Illud autem fore confidimus, ut eiusmodi Conventus, pro tua pietate ac sollertia in animarum bonum atque incrementum feliciter vertat. Superni interea auxilii in auspicium, inque praecipui Nostri amoris pignus, Apostolicam Benedictionem tibi,

Dilecte Fili Noster, cunctisque iis, qui celebrationi favebunt peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die VIII mensis Novembris, anno MDCCCCLIV, Pontificatus Nostri sexto decimo.

PIUS PP. XII

III

AD EXCMOS SACRORUM ANTISTITES ET AD MISSIONALES TOTIUS NIGERIAE OB MARIALEM CONVENTUM AB IPSIS CELEBRANDUM, CUI LEGATUS MITTITUR EMUS P. D. IACOBUS FRANCISCUS TIT. S. ANASTASIAE PRESB. CARDINALIS MC INTYRE, ARCHIEPISCOPUS ANGELORUM IN CALIFORNIA.

It is with a full heart, Venerable Brothers, that We send Our affectionate paternal greetings to you, the Hierarchy and Missionaries of Nigeria, and to all Our beloved sons and daughters under your care, as you gather together at Lagos to celebrate your Marian Congress on this the great Feast-day of Mary the Immaculate Mother of God. Fittingly, indeed, does Nigeria kneel today to do honour to its Queen and Mother, for the first benign rays of the Gospel of love penetrated the harsh darkness of paganism under the special auspices of Mary Conceived without Sin; and it has been Our wish to add solemnity to the occasion by appointing Our Beloved Son, the Cardinal Archbishop of Los Angeles, as Our worthy Legate to preside over the Congress in Our Name.

The Fathers who were to plant the seed of the word of God so firmly at Lagos itself and in Western Nigeria were consecrated in a special way to the Immaculate Virgin. Indeed, on this very Feast-day well nigh a hundred years ago, the Society to which they belonged was founded and dedicated to Mary Immaculate at the Shrine of Our Lady of Gouvrière in Lyons - the Society of the African Missions, destined in 1860 to embrace in its spiritual care the vast territory between the Volta and the Niger.

Dedicated, too, in a special way, to the Immaculate Mother of God were the Holy Ghost Fathers who courageously ventured up the Niger in 1865 to plant the Church of God at Onitsha, for their Congregation was named after the Heavenly Spouse of Our Lady and after Her Immaculate Heart. It was, in fact, on the eve of the Feast of the Immaculate Conception that they were welcomed by the local King and enabled to establish their first mission, which was to become in time the Metropo-

litan See of Onitsha, and from which the frontiers of the Church were to be pushed eastwards towards the Cross River, beyond Ogoja towards the North and Calabar in the South.

And so, Venerable Brothers and belved sons and daughters, the evangelization of Nigeria has from its very beginning been under the special patronage of the Immaculate Mother of God.

One cannot but be deeply moved on recalling the zeal, the sufferings and the sacrifices of those early missionaries. Many of them sealed their heroic apostolate with the supreme sacrifice of their young lives within months, nay even weeks, of their arrival, but the standard of Christ was still carried aloft to new and unchartered areas.

The intrepid faith and undaunted courage of those pioneers are worthy of admiration and emulation. Faced with difficulties that seemed unsurmountable, they were often denied the consolation of hopeful results. The conversions they made, being mostly confined to the dying and the outcasts, offered little hope for the achievement of the primary object of missionary endeavour, namely, the foundation of the Church of God among native peoples. They died, those brave missionaries, failures in the eyes of the world; but their failure was merely that of the seed falling on the ground and dying to bring forth fruit.[1]

They sowed in tears, and the fruit of their sowing we see today in consoling abundance. The work heroically begun by the early Fathers was no less heroically continued by steadily increasing numbers of their confreres. In time, other Religious Orders and Missionary Societies of men and women came to labour in that portion of the Lord's vineyard, and so great was the progress achieved that We were able, in 1950, to establish the Hierarchy of Nigeria. Today, in the fifteen ecclesiastical territories of the country, there are over five hundred missionary priests and over two hundred and fifty missionary sisters ministering to almost a million of the Church's fold and to over three hundred thousand Catechumens.

The cherished hope of the Church in mission lands - the native priesthood - is, thanks be to God, being firmly established. Already there are many Nigerian priests ministering to their own people in the various territories, while in the Maior Seminary at Enugu and in the Minor Seminaries numerous other aspirants are being prepared to share in the priesthood of Christ. And it is not without significance that this Year dedicated to Our Lady, saw the consecration of the first Nigerian Bishop.

[1] Cfr. Io. 12, 24.

The fabric of Christian society is being consolidated and expanded, and as the nucleus of that Society, the Christian family, increases and multiplies throughout the country, We see an encouraging growth in the numbers of Nigeria's young men and women who choose to dedicate themselves to the undivided love of God in the Religious life. Nor must We omit to mention that valiant army of native lay teachers and catechists who co-operate so closely in the apostolate of the clergy and on whose valuable collaboration the success of the missionary affort so vitally depends. Catholic education, too, has kept pace with the development of the Church, and We have noted with plaesure that Our Venerable Brothers the Archbishops and Bishops of Nigeria, vigilantly alert to the supreme importance of this matter, have given opportune instruction to their flocks regarding the rights and duties of parents in the education of their children.

Verily, Our Lady's all-powerful protection has enabled the Church in Nigeria to make admirable progress, and in this Marian Year you have testified your filial devotion to Her in a series of cerimonies, culminating in the present Congress. We have learned with satisfaction, Venerable Brothers and beloved sons and daughters, of the special retreats, novenas, Eucharistic vigils and processions which attracted unprecedented crowds of devout worshippers, not only in the bigger centres but even in outlying mission stations.

As you assemble for this Marian Congress, you will pour forth your souls in prayers of dutiful thanksgiving to Mary and to Her Divine Son. We cherish the ardent hope that your gratitude for the special favour of Providence will continue to find expression in your daily lives, in an ever more intense pratice of Christian virtue.

We exhort you, Venerable Brothers, and all of you, beloved missionaries of Nigeria, to carry on your praiseworthy apostolate with renewed vigour and zeal, under Mary's patronage. For even though you labour amongst a people that are lovable, courteous, hospitable, kind and grateful, We are well aware that you have to put up with many difficulties and inconveniences. But always keep before your eyes the nobility of the Cause which you serve, and go forward in the confidence that you « can do all things in Him Who strenghtens » you.[2]

To You, Our beloved sons and daughters of Nigeria, We earnestly recommend that you always cherish a deep devotion to Mary the Immaculate Mother of God and Our Mother. Consecrate yourselves, your labours, your homes, your families and your country to Her Immaculate

[2] *Phil.* 4, 13.

Heart. Let Her be the Queen of your hearts, Queen of Nigeria. By thus confiding yourselves to Her care you will be securing Her all-efficacious advocacy in heaven and rendering to Her that tribute of gratitude which you owe. Above all, do not fail to invoke Her intercession on behalf of those of your brethren who still « sit in darkness and in the shadow of death ».[3]

I. Aloisius Foderini, die trigesimo Augusti anno 1911 Piansani natus, intra Faliscodunensis dioeceseos fines, ex agricolis parentibus, a duodecimo ad sextum decimum annum malarica febri laboravit. Qui morbus anno 1931 iterum ingruit, cui alterius speciei febris circa Septembris finem successit, quae a medente typhicae naturae fuit edicta, quae eum tres habdomadas afflixit. Paullo post dextera eius tibia dolorifico tumore coepit attingi, qui, augescens, a medente osteoperiostite fuit definitus, propterea ab eodem medente chirurgica actio necessaria edicta. Hora 20 diei 25 Octobris eiusdem anni morbus infirmum atrociter excruciat, mater, dum tumorem perfricat, Ven. Mariam Assumptam Pallotta ferventer invocat, dein Beatae Mariae Virginis Rosarium recitat, ut Venerabilis intercessio efficax apud Deum reddatur. Interim filius somno corripitur usque ad primum mane diei sequentis. Expergefactus nullum persentit dolorem, et tibiam impune pertractat. Mater crus tangit, filioque asserenti se esse sanatum, aperit Ven. Mariam Assumptam miraculum a Deo obtinuisse. Aloisius exinde libere ambulat, nec amplius usque adhuc eodem morbo est attactus.

Medens a cura, tres periti ex officio perfecte concordant in diagnosi ac prognosi asserenda, videlicet: Osteoperiostite acuta purulenta postyphoidea in dextera tibia, nec non in sanatione naturae viribus non tribuenda.

II. Lucia D'Arcangelo, Salerni nata die 12 Februarii anno 1931. Iunii mensis initio anno 1939 dolore in sinistra aure laborare coepit. Duo medentes speciali peritia otorinolaringoiatrica praediti, successive eam inviserunt, atque independenter alter ab altero eandem ediderunt diagnosim, h. e. Osteomastoidite acuta purulenta, atque necessario eam chirurgico ferro subiciendam esse dixerunt. Verum eodem mane diei 15 Iunii, quo alter medicus iudicium protulerat, duae Franciscales Missionariae Mariae puellae matrem hortatae sunt ut ad obtinendam filiae sanationem, interposita Ven. Mariae Assumptae Pallotta intercessione, Deum rogaret, atque particulam de reliquiis eiusdem super aurem imposuerunt, ac simul cum familiaribus preces effuderunt. Eiusdem diei vespere, circa horam decimam septimam, omnia morbi symptomata evanuerunt, puellaque perfecte sanata et quidem perseveranter, ut pe-

riti physici testantur. Unanimiter periti ex officio totumque medicum collegium extranaturali interventui sanationem tribuunt.

De utraque sanatione die 10 Decembris anni 1953 in Praeparatoria Congregatione actum est; dein die 19 huius mensis in Generali coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XII, in qua Revmus Cardinalis Fridericus Tedeschini, huius Causae Ponens seu Relator, dubium discutiendum proposuit: *An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur.*

Revmi Cardinales, Officiales Praelati Patresque Consultores suum edidere suffragium, quo perattente auscultato, Beatissimus Pater opportunum duxit suam supremam in causa sententiam confestim edere. Accitis itaque Revmis Cardinalibus Ponente et infrascripto S. R. C. Praefecto, R. P. Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali, meque a secretis, edixit: *Constare de duobus miraculis, Venerabili Maria Assumpta Pallotta interveniente, a Deo patratis,* nimirum: *de instantanea perfectaque sanatione cum Aloisii Foderini ab osteoperiostite acuta purulenta in tibia dextera, tum Luciae D'Arcangelo ab osteomastoidite purulenta acuta sinistra.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri atque in acta Sacrae Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae die 19 Octobris anno Mariali 1954.

C. Card. CICOGNANI, *Praefectus*

L. ✠ S.

† A. Carinci, Archiep. Seleuc., *Secretarius*

IV

SANCTI DEODATI SEU SINARUM

CANONIZATIONIS ET BEATIFICATIONIS VENERABILIS SERVI DEI IOANNIS MARTINI MOYË, SACERDOTIS E SOCIETATE PARISIENSI MISSIONUM AD EXTERAS GENTES, FUNDATORIS INSTITUTI SORORUM A PROVIDENTIA.

SUPER DUBIO

An, stante approbatione virtutum et duorum miraculorum, Tuto *procedi possit ad eiusdem Venerabilis sollemnem Beatificationem.*

« Quadripartitum est officium sacerdotale, vivam carnis hostiam immolare; virtutum charismata Deo offerre; cum fervore martyrii caelum intrare; gratiae et precum vota caelo transfundere » (S. Bernardus in Sententiis).

Venerabilis Ioannes Martinus Moyë, sacerdos in exemplum, ferventissimo animarum zelo ardescens, totum se dedit earum saluti procurandae cum in patria, tum in Sinis, sui zeli perenne relinquens memoriam duo Instituta condendo, quae usque adhuc virescunt uberrimosque fructus in Dei gloriam afferunt.

Zelum hunc e vitae sanctitate procedentem benignissimus Deus munifice rependit charismatibus, quae ad Servum suum beatificatione ab Ecclesia honestandum viam sternunt. Et sane: Venerabilis Ioannes Martinus in oppido Cutting, Metensis tunc Dioecesis, anno 1730 natus, anno 1754 sacerdotali charactere ornatus ad Superos anno 1793 evolavit. Canonicae inquisitiones, vix licuit, ordinaria auctoritate peractae sunt, atque causa Beatificationis anno 1891 a Leone XIII sa. me. apud Sacram Rituum Congregationem fuit introducta. Apostolica exinde auctoritate processibus exaratis, cum virtutes tum postea miracula ad normam iuris fuere disceptata atque annis 1945 et 1954 a Ssmo D. N. Pio Papa XII approbata. Demum sacri canones Sacrae huius Congregationis praxim confirmantes, expostulant ut integra Congregatio Summo Pontifici suam aperiat mentem atque declaret: *An, stante virtutum et duorum miraculorum approbatione,* Tuto *procedi possit ad Servi Dei sollemnem Beatificationem.* Legi huic S. Rituum Congregatio obtemperavit atque unanime affirmativum suffragium Revmi Cardinales, Officiales Praelati Patresque Consultores emiserunt. Beatissimus Pater vota haec benigne excipiens, Tuto *procedi posse, subsignato die edixit, ad Venerabilis Ioannis Martini Moyë Beatificationem.*

Hoc autem decretum promulgari atque in acta Sacrorum Rituum Congregationis referri, nec non Apostolicas Litteras sub Piscatoris anulo de sollemnibus Beatificationis in Vaticana Basilica quandocumque celebrandis Pontifex expediri mandavit.

Datum Romae, die 31 Octobris, Anno Mariali 1954.

C. Card. CICOGNANI, *Praefectus*

L. ✠ S.

† A. Carinci, Archiep. Seleuc., *Secretarius*

V

SABINEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VENERABILIS SERVI DEI PLACIDI RICCARDI, SACERDOTIS PROFESSI ORDINIS S. BENEDICTI CONGREGATIONIS CASINENSIS.

SUPER DUBIO

An, stante approbatione virtutum ac duorum miraculorum, Tuto *procedi possit ad sollemnem eiusdem Venerabilis Beatificationem.*

Mirabili divinae misericordiae providentiaeque consilio factum est ut, sub quinti saeculi finem, insignis in Ecclesia legislator exsurgeret, S. Benedictus, qui turbulentissimo tum tempore sapientissimas ordinationes, etiamnum aptissimas, ederet ad Monachorum animos ad perfectionem elevandos eosque instruendos ut christianam societatem ad evangelica praecepta conformarent, atque infideles ad Christi ovile adducerent, earum feritatem emollirent atque humanum civilemque cultum in animos insererent. Quoniam autem Christus nos docuit: « Sine me nihil potestis facere » (Io. 15,5), totius externae actionis uti inconcussum fundamentum constituit *Opus Dei,* orationem nempe totius monasticae familiae, cui Operi, addit, nihil praeponatur. Duplici verbo *Ora* et *labora* tota comprehenditur benedictina ars christianae perfectionis assequendae. Qui orat et laborat ordinem a Deo statutum servat, proinde perfecta pace fruitur. Etenim, uti Tritemius Abbas suos monachos alloquens, opportune ex S. Augustino refert: « Pax est serenitas mentis, tranquillitas animi, semplicitas cordis, vinculum amoris » (Hom. III. med.). Sapienter itaque verbum *Pax* veluti suum Insigne a Benedictino Ordine fuit assumptum.

Hac animi pace mire Venerabilis Placidus Riccardi refulsit, qui orans et laborans, a terrenis omnibus abstractus unice ad Dei placitum intentus, ad christianam ac monasticam perfectionem heroice pervenit, uti humano ac divino testimonio iuridice comprobatum est duplici S. Rituum Congregationis decreto, Summo approbante Pontifice diebus 4 Iunii 1944 ac 19 Octobris 1954 edito. Complanata itaque fuit via ut hic monachus ad Beatificationem properaret. Reliquum erat ut ad actorum complementum Sacra Congregatio dubium solveret *An, stante approbatione virtutum ac duorum miraculorum,* Tuto *procedi possit ad sollemnem Venerabilis Servi Dei Beatificationem.* Unanimis fuit affirma-

tiva cum Patrum Consultorum, tum Officialium Praelatorum ac Revmorum Cardinalium responsio, quam Summi Pontificis confirmavit consensus. *Tuto* itaque ad sollemnem Venerabilis Placidi Riccardi Beatificationem potest procedi. Mandavit insuper Beatissimus Pater Apostolicas Litteras sub Piscatoris anulo de Beatificatione quandocumque in Vaticana Basilica celebranda conscribi atque decretum promulgari et in acta S. Rituum Congregationis referri.

Datum Romae, die 31 Octobris, in sollemnitate D. N. Iesu Christi Regis, Anno Mariali 1954.

C. Card. CICOGNANI, *Praefectus*

L. ✠ S.

✝ A. Carinci, Archiep. Seleuc., *Secretarius*

VI

SINARUM seu TUSCULANA

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VENERABILIS SERVAE DEI MARIAE ASSUMPTAE PALLOTTA, SORORIS PROFESSAE, INSTITUTI FRANCISCALIUM MISSIONARIARUM MARIAE.

SUPER DUBIO

An, stante approbatione virtutum duorumque miraculorum, Tuto *procedi possit ad eiusdem Venerabilis sollemnem beatificationem.*

S. Pius X Generali Superiorissae Sororum Franciscalium Missionariarum Mariae ei percontanti non solum de mirabilibus signis quae sive in morte Ven. Mariae Assumptae Pallotta, sive postea evenerant, necnon de eius stupendis virtutibus, quibus ipsa renidebat, subdidit: «Mirabilibus factis, quae de ea refers, non adeo moveor, verum magnopere afficior sanctimonia, quam in ea reluxisse asseris, propterea Beatificationis causa Sororis huius debet quantocius introduci».

Quam recte hic Sanctus iudicaverit, iuridica acta processus evidenter manifestant. Summa humilitas, summus animi candor ac simplicitas, summum paupertatis studium, summa caritas sive erga Deum, sive erga proximos, summa regularum omnium vel minimarum Instituti observantia, quae a tirocinio ad mortem usque nullam passa sunt defectionem, iugi progressione, eam ad sanctitatis fastigium adduxerunt. Etenim divinis benedictionibus praeventa, a teneris unguiculis numquam a pietatis operibus, vel in laboribus quibus ad levandam pro suo posse

familiae paupertatem incumbebat, animum extrahebat. Vicennis Franciscalium Missionalium Mariae Institutum ingressa perpetuisque votis nuncupatis, anno 1944 ad Sinicas missiones, uti martyrii desiderio incensa vehementer optaverat, fuit missa. Sequenti anno, die 7 Aprilis, morbo attacta, qui orphanotrophium, cui assistebat, invaserat, innocentissimum spiritum placidissime Deo reddidit.

Sanctitatis fama, caelestibus, ut videtur, signis comprobata Sanctique Pii decimi accedente praecepto, Institutum impulit ut canonicae inquisitiones, Ordinariorum prius, Apostolica dein auctoritate, peragerentur. Quibus consummatis die 25 Iulii anno 1923 Beatificationis causa fuit introducta, virtutes heroicae die 28 Februarii anno 1932 a Pio XI fel. rec., duo vero miracula a Ssmo D. N. Pio Papa XII, die 19 mensis huius, fuere approbata.

Ut autem iuridice constet Sacram hanc Rituum Congregationem omnia peregisse, quae seu a sacris canonibus, seu ab eius probata praxi praecipiantur ad Beatificationem, sapienter constitutum est ut tota Congregatio, actis omnibus perpensis, declaret suam esse mentem *Tuto* procedi posse ad sollemnem Beatificationem. Hoc autem factum est; omnes enim Revmi Cardinales, Officiales Praelati Patresque Consultores unanimi suffragio edixerunt: Tuto *procedi potest ad Venerabilis Mariae Assumptae Pallotta Beatificationem*. Quod suffragium Beatissimus Pater benigne hodie ratum habuit et confirmavit.

Hoc autem decretum promulgari atque in acta S. Rituum Congregationis referri necnon Apostolicas Litteras sub Piscatoris anulo de sollemnibus Beatificationis in Vaticana Patriarchali Basilica quandocumque celebrandis, Summus Pontifex expediri mandavit.

Datum Romae, die 31 Octobris, in sollemnitate D. N. Iesu Christi Regis, Anno Mariali 1954.

C. Card. CICOGNANI, *Praefectus*

L. ✠ S.

† A. Carinci, Archiep. Seleuc., *Secretarius*

SACRA CONGREGATIO DE SEMINARIIS ET STUDIORUM UNIVERSITATIBUS

I

DECRETUM

FACULTAS SACRAE THEOLOGIAE IN ARCHIDIOECESI SYDNEYENSI PRO ALUMNIS AUSTRALIAE, NOVAE ZELANDIAE CUNCTAEQUE OCEANIAE CANONICE ERIGITUR.

Sacra Congregatio Seminariis Studiorumque Universitatibus praeposita, instantissimis attentis litteris postulatoriis Emi ac Revmi D. Normanni Thomae S. R. E. Cardinalis Gilroy, Archiepiscopi Sydneyensis, cum compererit in Archiepiscopali Sydneyensi Seminario plures theologici curriculi idoneos esse magistros qui doctrinam scientifica methodo tradant, aliosque ex aliis quoque Dioecesibus acciri posse ad philosophico-theologicas disciplinas docendas peritissimos, sedulo perpensis statutis anno D. MCMLII eidem Sacrae Congregationi prolatis, ad augendum Catholicae Ecclesiae decus animarumque salutem uberius promovendam, Facultatem Sacrae Theologiae in Archiepiscopali Sydneyensi Seminario Maiore erigit erectamque declarat, in omnium ecclesiasticorum religiosorumque virorum commodum Australiae, Novae Zelandiae universaeque Oceaniae terrae, eidem Facultati potestate collata academicos sacrae Theologiae gradus alumnis ordinariis conferendi, adeo ut post duos inde futuros annos probati auditores qui academica studia rite emensi sint Baccalaureatus gradu, post quattuor autem futuros annos Licentiae gradu decorari possint, ea tamen lege ut omnia ad amussin compleantur quae Apostolica Constitutione « Deus scientiarum Dominus » adnexisque « Ordinationibus » praescribuntur, ceteris servatis de iure servandis; cunctis et singulis ipsi Sydneyensi Sacrae Theologiae Facultati agnitis iuribus, honoribus atque privilegiis quae ad huiusmodi Facultates de more pertinent.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Callisti, d. II Februarii, in Festo Purificationis B. V. Mariae, a. D. MCMLIV, eidem Virgini Deiparae sacro.

✠ I. Card. PIZZARDO, Ep. Albanen., *Praefectus*

L. ✠ S.

† C. Confalonieri, Archiep. Nicopolitan., *a Secretis*

II

DECRETA

Decretis Sacrae Congregationis de Seminariis et de studiorum Universitatibus, Ssmus Dominus Noster:

die 22 Iunii 1951 — Quadriennem Cursum Theologicum Congregationis a Sancta Cruce in urbe Marianopolitana (Montréal) Facultati Sacrae Theologiae Universitatis Catholicae Marianopolitanae, ad triennium *affiliatum decrevit.*

die 14 Iulii 1951 — Ut Facultas Theologica Universitatis Catholicae Berytensis a Santo Iosepho Baccalaureatus gradum conferre possit alumnis sui quadriennii theologici minoris, qui peculiaribus conditionibus satisfecerint, *concessit.*

die 5 Maii 1952 — Quadriennem Cursum Theologicum Seminarii Pictaviensis (Poitiers) Facultati Theologicae Universitatis Catholicae Andegavensis (Angers), ad triennium *affiliatum decrevit.*

die 30 Maii 1952 — Quadriennem Cursum Theologicum Pontificii Seminarii Sancti Dominici (Santo Domingo) Facultati Theologicae Universitatis Catholicae Washingtoniensis (Washington), ad triennium *affiliatum decrevit.*

die 22 Novembris 1952 — Ut Facultas Theologica Universitatis Catholicae Ottaviensis (Ottawa) Baccalaureatus gradum conferre possit alumnis sui quadriennii theologici minoris, qui peculiaribus conditionibus satisfecerint, *concessit.*

die 16 Ianuarii 1953 — Quadriennem Cursum Theologicum Seminarii Venetensis (Vannes) Facultati Theologicae Universitatis Catholicae Andegavensis (Angers), ad triennium *affiliatum decrevit.*

die 14 Februarii 1953 — Scholam « Pulchrarum Artium » in Facultate Litterarum Paedagogiaeque Universitatis Catholicae Peruanae (Lima), *approbavit.*

die 8 Decembris 1953 — Statuta Pontificiae Academiae ab Immaculata Conceptione (Romae) noviter retractata, *approbavit.*

die 10 Decembris 1953 — Institutum Superiorum Studiorum a Riva-Agüero nuncupatum, in Universitate Catholica Peruana (Lima), *approbavit.*

die 21 Decembris 1953 — Scholam « Normalem » Paedagogiae, in Universitate Catholica Peruana (Lima), *approbavit.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citationes edictales

I

NEO-EBORACEN

NULLITATIS MATRIMONII (BAXTER-DONOVAN)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Dñae Alicis Donovan, in causa conventae, eandem citamus ad comparendum, sive per se sive per procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, Palazzo della Cancelleria) die 7 Februarii 1955 hora duodecima, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione.

An constet de nullitate matrimonii, in casu.

Ordinari locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedictae Dominae Alicis Donovan, curare debent, ut de hac edictali citatione ipsa moneatur.*

Emmanuel Bonet, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 26 Novembris 1954.

G. Pezzicara, *Notarius ff.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mme Alice Donovan defenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 7 fevrier 1955, à midi, pour concorder où souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

Constet-t-il de la nullité du mariage dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, le fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de la dite Alice Donovan devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présent citation.

II

ASCULANA seu FIRMANA

NULLITATIS MATRIMONII (DE MICHELE-MANDIC)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Domini Milorad Mandic, in causa conventi, eundem citamus ad comparendum, sive per se sive per procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, Palazzo della Cancelleria) die 19 Februarii hora XII, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum et ad diem designandam, qua habebitur Turnus rotalis pro causae definitione.

An constet de matrimonii nullitate, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Domini Milorad Mandic curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur.*

H. T. Heard, *pro Ponente*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 11 Decembris 1954.

E. Fiore, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Milorad Mandic, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 19 fevrier 1955, à 12 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

Conste-t-il de la nullité du mariage dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit Milorad Mandic devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 19 ottobre 1954, nel Palazzo Apostolico di Castel Gandolfo, alla augusta presenza del Santo Padre si è adunata la S. Congregazione dei Riti *generale*, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi han dato il loro voto sui miracoli, che si asseriscono operati ad intercessione dei Venerabili Servi di Dio:

I. Giovanni Martino Moyë, sacerdote della Società delle Missioni Estere di Parigi, fondatore dell'Istituto delle Suore della Provvidenza.

II. Placido Riccardi, sacerdote, monaco professo dell'Ordine di S. Benedetto.

III. Maria Assunta Pallotta, suora professa dell'Istituto delle Francescane Missionarie di Maria.

Martedì, 26 ottobre 1954, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è adunata la Sacra Congregazione dei Riti *preparatoria*, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno discusso sul martirio dei Servi di Dio Leone Ignazio Mangin, Paolo Den sacerdoti della Compagnia di Gesù, e compagni sacerdoti e laici, uccisi per la fede in Cina nel 1900.

Martedì 16 novembre 1954, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è adunata la S. Congregazione dei Riti *ordinaria*, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali ed i Revmi Prelati Officiali hanno discusso:

1. Sulla riassunzione di Causa della Beata Maria Teresa di Soubiran, Vergine, fondatrice della Congregazione di Maria Ausiliatrice.

2. Sulla relazione dei censori teologi sopra gli scritti del Servo di Dio Pio IX.

In Congregazione *preparatoria* poi i predetti Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno discusso su due miracoli, che si asseriscono operati ad intercessione del Venerabile Servo di Dio Marcellino Giuseppe Benedetto Champagnat, sacerdote, fondatore dell'Istituto dei Piccoli Fratelli di Maria.

Martedì, 7 dicembre 1954, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è adunata la S. Congregazione dei Riti *ordinaria*, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali e Revmi Prelati Officiali hanno discusso sulla introduzione della Causa di beatificazione e canonizzazione del Servo di Dio Pio IX.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

10 ottobre 1954. S. Ecc.za Revma Monsig. O'Connor Giovanni Martino, Vescovo tit. di Tespia, *Consultore della S. Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi.*

26 novembre » I Revmi Padri Grisar Giuseppe e de Gaiffier Balduino, della Compagnia di Gesù e Melchiorre da Pobladura, dell'Ordine dei Frati Minori Cappuccini, *Consultori della Sezione Storica della Sacra Congregazione dei Riti.*

9 dicembre » S. Ecc.za Revma Monsig. Sigismondi Pietro, Arcivescovo tit. di Neapoli di Pisidia, *Consultore della S. S. Congregazione del Santo Offizio.*

Parimente, con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Assistente al Soglio Pontificio:

12 agosto 1954. S. E. Revma Monsig. Albers Giuseppe, Vescovo di Lansing.

Protonotari Apostolici ad instar participantium:

5 aprile 1954. Monsig. Coulombe Floriberto, della diocesi di Chicoutimi.
» » » Monsig. Duchesne Edmondo, della medesima diocesi.
5 maggio » Monsig. Chaumont Andrea Enrico della diocesi di Clermont.
31 » » Monsig. O'Connell Daniele, della diocesi di Galveston.
11 giugno » Monsig. Kearney Guglielmo, della diocesi di Bridgeport.
» » » Monsig. Kennedy Giovanni, della medesima diocesi.
9 ottobre » Monsig. Carollo Gaetano (Roma).
20 » » Monsig. Dubuc Giorgio, della diocesi di Nicolet.

Prelati Domestici di Sua Santità:

9 marzo 1949. Monsig. Bélanger Valeriano, dell'arcidiocesi di Montréal.
» » » Monsig. Boileau Amato, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Charbonneau Eudoro, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Coursol Paolo, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Deschênes Arturo, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Gareau Eugenio, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Labelle Carlo, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. McDonagh Vilfrido, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Reid Martino, della medesima arcidiocesi.
24 giugno 1953. Monsig. Douillard Alfonso, della diocesi di Luçon.
1 dicembre » Monsig. Lefebvre Renato, della diocesi di Digione.
21 gennaio 1954. Monsig. Depigny Giuseppe, dell'arcidiocesi di Bourges.
» » » Monsig. Breton Paolo M. Alfonso, della diocesi di Versailles.

13 febbraio 1954. Monsig. Daviau Carlo Giuseppe Maria, della diocesi di Angers.
» » » Monsig. Parent Emilio, della diocesi di Chicoutimi.
20 marzo » Monsig. Ducros Saverio, dell'arcidiocesi di Tolosa.
» » » Monsig. Beaudoin Edoardo, dell'arcidiocesi di Québec.
» » » Monsig. Belleau Giovanni, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Dechene Guglielmo Miville, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Dolbec Roberto, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Germain Vittorino della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Hudon Luigi Emilio della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Turgeon Emilio, della medesima arcidiocesi.
6 aprile » Monsig. Duggan Giovanni della diocesi di Ross.
10 maggio » Monsig. Roslais Vittorio, dell'arcidiocesi di Rennes.
» » » Monsig. Harding Giacomo, della diocesi di Trenton.
» » » Monsig. Hogan Giacomo, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Kasprowicz Francesco, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Margerum Guglielmo, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Monahan Emmet, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Thornton Francesco, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Welsh Giorgio, della medesima diocesi.
20 » » Monsig. Chambaud Giuseppe, della diocesi di Valence.
» » » Monsig. Courbis Stefano della medesima diocesi.
11 giugno » Monsig. Callahan Enrico, della diocesi di Bridgeport.
» » » Monsig. Carnicke Michele, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Coleman Nicola, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Curtiss Giorgio, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Fox Guglielmo, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Jasiello Emilio, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Murphy Giacomo, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Bissen Pietro, della diocesi di Des Moines.
» » » Monsig. Costin Tommaso, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Coughlan Guglielmo, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Lalley Cornelio, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Maher Giacomo della medesima diocesi.
16 » » Monsig. Flanigen Giorgio, della diocesi di Nashville.
» » » Monsig. Shea Giovanni A., della medesima diocesi.
» » » Monsig. Siener Giuseppe, della medesima diocesi.
6 luglio » Monsig. Aumann Edoardo, dell'arcidiocesi di Milwaukee.
» » » Monsig. Barry Giovanni, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Bednarski Ladislao, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Bronner Guglielmo, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Brust Nicola, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Goebel Edmondo, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Groessel Guglielmo, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Heim Giuseppe, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Huepper Giacomo della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Johnson Pietro Leone, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Keyser Carlo, della medesima arcidiocesi.

6 luglio 1954. Monsig. Klein Filippo, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Knackert Giorgio, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Lieven Leonardo, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Nellen Giacomo, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Plale Michele, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Regenfuss Giorgio della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Sullivan Giovanni, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Tanner Paolo, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Wieczorek Giovanni, della medesima arcidiocesi.
16 » » Monsig. Dowd Giorgio, dell'arcidiocesi di Boston.
» » » Monsig. Doyle Giacomo, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Hargedon Agostino, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Reilly Guglielmo, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. McSwiney Myles, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Ogonowski Alessandro, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Sennott Roberto, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Walsh Patrizio, della medesima arcidiocesi.
6 agosto » Monsig. Cousineau Emilio, della dioc. di Joliet, Illinois.
» » » Monsig. Gottschall Emory, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Kennedy Filippo, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Stenger Federico, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Stoesser Giovanni, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Doyle Michele, della diocesi di Winona.
» » » Monsig. Prokes Francesco, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Wermerskirchen Luigi, della medesima diocesi.
18 » » Monsig. Bauer Leonardo, della diocesi di Belleville.
» » » Monsig. Harbaugh Raimondo, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Aleman Vernon Pietro, dell'arcidiocesi di Nuova Orléans.
» » » Monsig. Bezou Enrico, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Frey Gerardo, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Gauci Paolo, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Gillespie Giacomo, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Gubler Edwin, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Hammerstein Bernardo, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Miller Felice, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Murphy Carlo, della medesima arcidiocesi.
24 » » Monsig. Federici Michele (Roma).
» » » Monsig. Grego Agostino (Roma).
» » » Monsig. Lauro Eligio (Roma).
» » » Monsig. Santini Pietro (Roma).
11 ottobre » Monsig. Ladiana Antonio, della diocesi di Castellaneta.
20 » » Monsig. Grenier Origene, della diocesi di Nicolet.
» » » Monsig. L'Allier Raoul, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Leblanc Arturo, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Letendre Giuseppe, della medesima diocesi.
25 » » Monsig. Maggi Salvatore, della prelatura nullius di Altamura.
29 » » Monsig. Joncas Paolo, della diocesi di Gaspé.

8 dicembre 1954. Monsig. Scaccia Liborio, della diocesi di Cefalù.
» » » Monsig. Travia Antonio, dell'arcidiocesi di Palermo.
» » » Monsig. Sevi Eugenio, della diocesi di Rieti.

Camerieri segreti soprannumerari di Sua Santità:

10 maggio 1954. Monsig. Endebrock Giovanni, della diocesi di Trenton.
15 » » Monsig. De Wit Antonio, dell'arcidiocesi di Utrecht.
31 » » Monsig. Donnellan Tommaso, dell'arcidiocesi di Nuova York.
» » » Monsig. Engel Aroldo, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Haverty Giovanni, della medesima arcidiocesi.

Cameriere segreto soprannumerario di Spada e Cappa di Sua Santità:

26 ottobre 1954. Il Barone Nogara Antonio (Roma).

Camerieri d'onore in abito paonazzo di Sua Santità:

5 ottobre 1954. Monsig. Nicotra Gregorio, della diocesi di Acireale
7 » » Monsig. Gambuzza Matteo, della diocesi di Noto
» » » Monsig. Guccione Francesco della medesima diocesi.
» » » Monsig. Tranchina Salvatore, della medesima diocesi.
25 » » Monsig. D'Antonio Francesco Giovanni, della diocesi di Nocera dei Pagani.

NECROLOGIO

18 ottobre 1954. Monsig. Harscouët Rodolfo Ottavio, Vescovo di Chartres.
21 » » Emo Sig. Card. Jorio Domenico del titolo di S. Apollinare, Prefetto della S. Congregazione della Disciplina dei Sacramenti.
7 novembre » Monsig. de Andrade y Amaral Giovanni de Matha, Vescovo di Niterói.
9 » » Monsig. Lunardi Federico, Arcivescovo tit. di Side, Nunzio Apostolico nel Paraguay.
10 » » Emo Sig. Card. Bruno Giuseppe, del titolo diaconale di S. Eustachio, Prefetto del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.
16 » » Monsig. Maisonobe Amedeo Alessio Maria, Vescovo di Belley.
26 » » Emo Sig. Card. Guevara Giovanni Gualberto, del tit. di S. Eusebio, Arcivescovo di Lima.
30 » » Monsig. Gili Vincenzo, Vescovo di Cesena.
14 dicembre » Monsig. Choe Giovanni Battista, Vescovo tit. di Antedone, Vicario Apostolico di Taiku.
23 » » Monsig. Echeverría Barrena Emeterio, Vescovo tit. di Dora, Prelato del Priorato « nullius » di Ciudad Real degli Ordini Militari di Spagna.
25 » » Monsig. Le Hunsec Luigi, Arcivescovo tit. di Marcianopoli.
26 » » Monsig. Cardinale Girolamo, Vescovo di Verona.

PAG.

ope, locutus est, universo Orbi benedicens. – 8 Decembris 1954 . . . 721

III. Christifidelibus e tota Columbia ob Conventum Marialem in urbe Bogotensi coadunatis. – 8 Decembris 1954 722

IV. Christifidelibus ex India ob Conventum Marialem in urbe Bombayensi coadunatis. – 8 Decembris 1954 . . 725

V. A Summo Pontifice, infirmo, die XII Decembris mensis a. MCMLIV datus, adstantibus in Basilica Vaticana consecrationi episcopali Excmi P. D. Ioannis Baptistae Montini, iam Pro-Secretarii Status pro Negotiis Ordinariis, ad Sedem metropolitanam Mediolanensem nuper evecti. – 12 Decembris 1954 728

VI. Christifidelibus e tota Peruvia ob Conventum Eucharisticum-Marianum in Limana urbe coadunatis. – 12 Decembris 1954 729

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I. *Sabinen.* – Decretum de miraculis pro beatificatione S. D. Placidi Riccardi, sacerdotis monachi professi Ordinis S. Benedicti. – 19 Octobris 1954 732

II. *Sancti Deodati seu Sinarum.* – Decretum de miraculis pro beatificatione S. D. Ioannis Martini Moyë, sacerdotis e Societate Parisiensi Missionum ad Exteras Gentes, fundatoris Instituti Sororum a Providentia. – 19 Octobris 1954 734

III. *Sinarum seu Tusculana.* – Decretum de miraculis pro beatificatione S. D. Mariae Assumptae Pallotta, sororis professae Instituti Franciscalium Missionariarum Mariae. – 19 Octobris 1954 737

IV. *Sancti Deodati seu Sinarum.* – Decretum de « tuto » pro beatificatione S. D. Ioannis Martini Moyë, sacerdotis e Societate Parisiensi Missionum ad Exteras Gentes, fundatoris Instituti Sororum a Providentia. – 31 Octobris 1954 739

V. *Sabinen.* – Decretum de « tuto » pro beatificatione S. D. Placidi Riccardi, sacerdotis professi Ordinis S. Benedicti Congregationis Casinensis. – 31 Octobris 1954 741

VI. *Sinarum seu Tusculana.* – Decretum de « tuto » pro beatificatione S. D. Mariae Assumptae Pallotta, sororis professae, Instituti Franciscalium Missionariarum Mariae. – 31 Octobris 1954 742

SACRA CONGREGATIO DE SEMINARIIS ET STUDIORUM UNIVERSITATIBUS

I. Decretum. Facultas sacrae Theologiae in Archidioecesi Sydneyensi pro alumnis Australiae, Novae Zelandiae cunctaeque Oceaniae canonice erigitur. – 2 Februarii 1954 . . . 744

II. Decreta 745

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citationes edictales:

I. *Neo-Eboracen.* – Nullitatis matrimonii (Baxter-Donovan). – 26 Novembris 1954 746

II. *Asculana seu Firmana.* – Nullitatis matrimonii (De Michele-Mandic). – 11 Decembris 1954 747

DIARIUM ROMANAE CURIAE

I. S. C. dei Riti: *Congregazioni varie* . 748

II. Segreteria di Stato: *Nomine* . . . 749

III. Necrologio 752

LIBRERIA EDITRICE VATICANA – CITTÀ DEL VATICANO

ALAPHRIDUS Card. OTTAVIANI

COMPENDIUM
IURIS PUBLICI ECCLESIASTICI

Editio IV emendata et aucta

pag. VIII-489, lib. 1800 ($ 3)

LIBRERIA EDITRICE VATICANA
CITTÀ DEL VATICANO

ORDO SABBATI SANCTI

QUANDO VIGILIA PASCHALIS INSTAURATA PERAGITUR

EDITIO ALTERA

Editio maior

Fasciculus 48 paginarum, ad formam Missalis, (20×28), rubris ac nigris typis, una cum cantus adnotatione, nitide impressus, continens Decreta S. Rituum Congregationis, Ordinationes, atque integrum ritum Sabbati sancti, textum scilicet liturgicum et rubricas cum variationibus, ad normam decreti diei 11 ian. 1952 digestas. Fasciculus, S. Rituum Congregationis cura editus, utilissimus erit iis omnibus, qui vigiliam paschalem instauratam celebrare voluerint.

Linteo contectus, sectione foliorum rubra, Lit. 600 ($ 1). Foliis solutis, Lit. 400 ($ 0,70)

Editio minor

Fasciculus ad unguem exhibens editionem maiorem, si mensuram exceperis (15,5×21,5)

Linteo contectus, sectione foliorum rubra, Lit. 400 ($ 0,70). Foliis solutum, Lit. 250 ($ 0,40)

STUDIA ANSELMIANA

Novissime prodierunt:

Fasc. 34

PETRUS DAMIANI - LEBEN UND WERK

von FRIDOLIN DRESSLER

25×17 cm. XVIII-247 pp. cum carta geographica – Pretium: Lit. 3.000 ($ 6)

Vita sancti Petri Damiani, monachi et eremitae Fontis Avellani, deinde episcopi cardinalis Ostiensis († 1072), profundis et multoties novis studiis hoc opere illustratur. Cl. auctor ostendit, quomodo Petrus antiquam traditionem monasticam novo vitae ardore animare tentaverit, quae relationes erga alias formas vitae monasticae in coenobio Casinensi et Cluniacensi praesertim habuerit. Ex eremo suo ad curiam Romanam quasi invitus adductus, quot laboribus exantlatis Romanos Pontifices in reformanda curia et vita ecclesiastica adiuverit. Renovatur demum quaestio, quomodo Petrus erga scientias sacras et profanas se habuerit. Opus valde utile studiosis de "spiritualitate" monastica et de historia Ecclesiae saeculo XII quaerentibus.

Fasc. 35

LE CORRECTORIUM CORRUPTORII "QUAESTIONE"

TEXTE ANONYME DU MS. MERTON 267

Édition critique par JEAN-PIERRE MULLER O.S.B.
professeur à l'Institut Pontifical S. Anselme, Rome
25×17 cm. XXXII-160 pp. – Pretium: Lit. 1.500 ($ 3)

Quanti momenti litteratura quae vocatur «Correctoriorum» pro profundiore intellectu doctrinae sancti Thomae de Aquino sit, omnibus ubertim patet. His scriptis enim primaevi discipuli Doctoris Communis doctrinam magistri contra obiectiones propositas defendunt, et «Correctoria» ita primam manifestationem scholae Thomisticae praebent. Post evulgata Correctoria *Quare* (1927), *Circa* (1941), *Quia* (1943), hoc opere Correctorium *Quaestione* prima vice ex unico codice Oxoniensi, Merton 267, critice editur, studiosis materiam investigationis praebens de ipsa polemica doctrinali et de doctrina Aquinatis.